



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Eisdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

488 Epistolarum Innocentij III.

vestris eidem Archiepiscopo, in suis deducendis expensis, propter hoc assignare curetis. Datum ut in alia.

*NOBILI VIRO GAVFRIDO
Principi Achiae.*

*Epiſt. 169.
De munienda
Ecclesia Patra-
cenſi.*

Ad tuitionem Ecclesiarum tanto te intendere convenit quanto ex hoc Regi Regum dinoscere placere. Cum igitur Ecclesia Patracensis, in maris littore constituta, incuribus pateat piratarum, & venerabilis frater noster Patracensis Archiepiscopus eam intendat aedificii necessariis communire, ut Clerici & servitores ipsius tutè ibidem valeant commorari, nobilitatem tuam rogamus attentiū & monemus, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus super hoc Archiepiscopum non impediās memoratum. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Larisseno Archiepiscopo & Episcopo Cithoniensi damus nostris litteris in mandatis ut te ad hoc, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, justitia mediante, compellant. Datum ut in alia.

Scriptum est ipſis ſuper hoc.

*LARISSENO ARCHIEPISCOPO,
& Episcopo Cithoniensi.*

*Epiſt. 170.
Vt Archiepif-
copus Patra-
cenſis fruatur
terra de Larſa*

Ex insinuatione venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Patracensis accepimus quod cum bona memoria Willelmus Campaniensis, dudum in Apuliam transfuturus, nobilem virum Hugonem de Cham. suum Ballivum & procuratorem fecerit generalem, promittens firmiter ut quicquid disponeret vel donaret, ratum haberet & firmum, sigillum sibi proprium commitendo, idem Hugo positus in extremis terram de Larſa Ecclesiae Patracensi reliquit, & licet id postmodum nobilis vir Gaufridus Princeps Achiae approbasset, spontanea voluntate dictum Archiepiscopum de terra illa investiens coram multis, cum tamen idem Archiepiscopus ad percipiendos fructus illius terrarum suum destinasset Ballivum, nobilis vir P. de Beccinaco, afferens se terram ipsam auctoritate Principis possidere, Ballivum ipsum fructus percipere non permisit, eosdem occupans profuæ arbitrio voluntatis. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus quatenus dictos dominos, ut ab hujusmodi præsumptione desistant, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellatis. Testes autem &c. Datum Laterani viii. Idus Novembris, anno tertiodecimo.

E I S D E M.

CVM nonnullæ possessiones ac jura & pertinentiae quas Græcorum temporibus habuit Ecclesia Patracensis, quarum etiam possessione in ingressu Latinorum in Achiam gaudebat, eidem per Latinos afferantur esse subtracta, fraternitati vestra per

bentes, monere prudenter & efficaciter inducere procuretis, ipſos ad hoc, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellentes. Testes autem qui fuerint nominati &c. Datum Laterani Nonis Novemb. pontificatus nostri anno tertiodecimo.

E I S D E M.

COnquestionem venerabilis fratris nostri Patracensis Archiepiscopi receperimus continentem quod C. Miles & quidam socii sui Patracensis diocesis domum suam nequierunt irruebentes, manus in ipsum temerarias injecerunt, ac Ballivum suum, quem inter brachia contra eorum sevitiam tuebatur, per violentiam capientes, pro eo quod jura Ecclesiae fideliter defensabat, nasum ei crudeliter amputarunt. Per ipsius quoque Militis servientes idem Archiepiscopus captus fuit, & per quinque dies in carcere diro retentus, multis alias eidem ab eodem Milite ac suis complicibus dannis & injuriis irrogatis. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus quatenus dicendum Militem & alios, ut eidem Archiepiscopo super datis dannis & irrogatis juris satisfactionem exhibeant competentem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Testes autem &c. Datum ut in alia.

E I S D E M.

Venerabilis frater Patracensis Archiepiscopus proposuit coram nobis, quod dominii terræ illius, pro eo quod sa- cerdotes & monachos Græcos angariantur, eosdem non permittunt sibi & aliis Latinis Prælati debitam obedientiam & reverentiam exhibere in animarum suarum dispendium & gravamen. Quocirca fraternitati vestra per apostolica scripta mandamus quatenus dictos dominos, ut ab hujusmodi præsumptione desistant, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota, sicut justum fuerit, compellatis. Testes autem &c. Datum Laterani viii. Idus Novembris, anno tertiodecimo.

E I S D E M.